



**Legatvs Apostolicvs, Sev Concionvm, De Iohannis
Baptistae, Magni, Adversus Incestum reliquaque peccata
Herodis, Libertate, Notae**

Bosquier, Philippe

Coloniae, 1612

Echo Concionis XXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56132](#)

Qui, dūm vtile sibi & commōdum sit, est in hōstium atque iūiūstū sit, tamen, ad vnius Herodiāis subplicem libellum, & votūm simplex, iubebit vel Baptistam capi, adligati, in carcerem trudi, omnia subhaftari, caput amputari?

Fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum!

Fœlix quicunq; dolore

Alterius disces posse carere tuo?

Nostri Baptista fors, speculorum multorum iūstū sit vobis omnibus Auditores, nobis maximè Conciliatoribus, Deique nostri Legatis &c.

ECHO

CONCIONIS XXIII.

THEMA. Adiecit tamen tandem Herodes & hoc super omnia. Ipse enim misit; ac tenet Iohannem, & alligauit eum, & inclusi in carcere, propter Herodiadē uxorem Phillipi fratris sui, quia duxerat eam. Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Facta repetitione vītata, sic propositum;

- | | |
|----------|---|
| Dicendum | 1. Peccatum unum, alterius esse causam, & ipsum alterum sapere alterius esse paenam;
2. Quomodo peccatum unum dicatur, si q; re vera alterius causa;
3. Quo modo, & cur captiuitas Baptista dicatur peccatum transcedens.
AVE. |
|----------|---|

I.

Peccatum unum, alterius esse causam, & ipsum alterum sapere alterius esse paenam.

Probos

Impro-

bosque

semper

proficere,

Vt Probis viris (Auditores &c.) cura est semper proficiendi, longiisque semper & altius ad Virtutū veritatem progrediendi; sic Improborum omne studium illis

Vtrique studium magnum accuruandi, his virtutes,

illis scelera, his ascēdēdi scalam illam Jacob, in cuius culmine sedet suos coronaturus; Deus, illis descendēti faciles gradus illos, in quorum nouissimo iacet Infernus, & Inferni Tyrannus suos cruciaturus.

Genes.38,

Probi semper ascendunt Ierosolymam; Improbi semper descendunt ab Ierusalem in Iericho. Luc.10.

Probi semper adscendent in templum, semper cantant canticum graduum; Improbi gaudent procul à templis, murmure desencionum.

Probi semper crescunt, vti oriens ad usque meridiem; Improbi, vt Luna decrescent.

Probi crescunt in virum perfectum, in mensuram atatis plenitudinis Christi; Improbi repuerascunt. Quod se-
niores, hoc stultiores, vt de quadam gente dicitur,
fructus eis, quando senescit.

Vir bonus ascensiones in corde suo dispositus in valle lacrymarum. psal.83.

Iustorum semita quasi lux splendens, procedit & crescit
usque ad perfectam diem. Prou.4.

Granum sinapis, quod minimum est omnibus semini-
bus, crecit, & fit maior omnibus oleribus. Matt.13.

Lapis parvus abscissus de monte sine manibus, percussa
statua, factus est mons magnus. Daniel.2.

Fons parvus crevit in flumen maximum, & in aquas
plurimas redundavit. Esther.5.

Inbus, ut palma florebit, sicut cedrus Libani multipli-
cabitur.

Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostre
florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in senecta huberi, & bene pa-
tientes erunt, ut annuent, vel, ut verit Vatablus, Ad-
huc in senecta germinabunt succulenti & virgines, id est
viuidi, vel pleni vigore contra morem senum, vivifi-
cante illos Spiritu Sancto. psal.91.

Vt Solon aut alius, certe Philosophus, etiam mori-
bundus amicis una colloquentibus extulit caput, sci-
tatiens quid diceret, ut discendo moreretur, sic lustus et-

iam moriendo nouis vel actis vel votis conatus semper se melior hinc euadere.

Vt Socrates (& deinde ab illo Sapientissimi quis) etiam cum multa didicisset, aiebat tamen ingenue r̄nū scio q̄ nihil scio, adeò multa scilicet videbat, quæ ignoraret, tam paucula, & paulula quæ sciret, sic Pobi, cùm multos in stadio Virtutis progressus fecerit, tūm quoque noui se magis, quam testudines promouisse arbitrantur.

Vt vniuersus Pelleo iuueni Alexandro non sufficit orbis, sed hoc penè vniuerso armis superato, cūm multos ex Anaxagora subaudisset, fleuit & nouis illis mundis inhauit, sic iustus cūm omnia fecerit, seruum & inutilem dicit, nouisque seruitijs Deum conatur demorari. Nullis nisi primoribus cœlitib[us] contērus est.

D. ille Paulus, vt de submisione loquitur! Fratres ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, que quād retro sunt obliuiscens, ad ea vero que sunt priora, extensis me ipsum, ad destinatum persequor, ad brauium saepe vocacionis Dei in Christo Iesu. Quorūque iugis perfecti sumus, hoc sentiamus. Philipp. 3.

D. Franciscus quoque noster, quam sapientia sic ad nos, Fratres incipiamus, haec tamen enim nihil fecimus!

Vt Carolus V. Imp. semper Augustus Belgij nostri deus & delicium, istud usurpabat PLVS-VLTRA, sic Sancti omnes.

Vt crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit; Et tam deest auaro quod habet, quam quod non habet;

Et crescit indulgens sibi dirus hydrops, sic probis semper ad crescit maior majorque lusitiae fames ac fatis, quo lusitiae copiose sunt illustriores.

Qui bibit ex aqua hac, sitiet iterum. Ioan. 4. Spiritalis delicie copia sui non satietatem non fastidium generant, famem potius irritant.

Quotidiè auribus ipsorum infonat illa vox. Qui iustus est iustificetur adhuc. Perisse diem omnem putant, quo nihil iustitiae suæ adiecerunt.

Quotidiè talentis, quæ acceperunt, bene in numero

mularios collocatis, magnis vfluris fiunt ditiores.
Quoridè cumulo Hefiodio adjcere vel tantulum
conantur.

Nuda dies abeat, quin linea ducta superfit.

Accedit, & fauens aura gratiae Dei, que illos implet
mouetque, qui corda, velut vela, illi expanderunt, &
remigando, vt potuerunt, ad portum tetenderunt.

Etenim benedictionem dabit Legislator, ibunt de vir-
tute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion. psal.

83.

Qui habet, dabitur ei. Et abundabit. Matt. 13.

Seruit, qui primis talentis a liberali Dominu colla-
tis industrie sunt vbi, dicitur: Quia in pauca fuisti fidelis,
super multa te constitua. Bonus prioris gratiae vflus,
gradus est ad gratiam ampliorem.

Dantur opes ille non nisi diuinitibus. Dij laborantes
adiuuant.

Posui adiutorium in potente. psal. 88.

Improbi contra semper descendunt in profundum,
quasi lapis; quasi plumbum in aquis vehementi-
bus.

Semper thesaurizant sibi iram in dia ire.

Semper faciunt nouissima sua priora prioribus.

Cuncta cogitatio cordis eorum intenta ad malum
mni tempore. Gen. 6.

Dixit iustus ut delinquat in semetipso.... iniquitatē
reditatus est in cubili suo, afflit omni via non bone, ma-
litiam autem non od. iust. psal. 35.

Qui in foribus est forde sit adhuc. Apoc.

Vtrique Probris & Improbis in via sua non progredi,
regredi est.

Vtique præteriti acta temporis nihil extimant.

Vt annulus ferreus, in quem vis Magnetis contagione
transiit, annulum trahit; sic iniurias iniuriam.

Abyssus abyssum inuocat.

Vnde superuenit vnde.

D. Gregorius lib. 25, moral. c. 12. Peccatum, quod per

pœnitentiam non diluitur, suo mox pondere trahit ad eis
lud.

Pondera ponderibus adiecta quid nisi infirmum
bæulum magis magisque precipitent?

Quid nisi pondus ingens omne peccatum? Iniqui-
tates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus gra-
ue grauata sunt super me. psal.

Vt globus, aut lapis molaris Sisyphio saxo simili,
quum semel è vertice montis declivioris caput rotan-
do deuolui, non ante quiescere, quam in vicinum flu-
men, aut propinquam planitiem lubricauerit; sic qui
semel à culmine gratia Dei per peccatum excedunt,
non ante rotari & peccare definit, si sibi relinqui-
tur, quam vitam amiserit.

Parvus error in principio magnus est in fine.

Superbia eorum qui te oderunt ascendit semper. psal.

*Impius, cum in profundum venerit peccatorum, con-
temnit. prou. 18.*

Flumina magna vides de parvis fontibus orta. Ouid.

*Ecce quantus ignis quam magnam syluam incendit.
Iac. 3.*

Scintilla exilis vel famosissimam illis Moris-Ma-
lorum in Hannonia syluam totam possit incen-
de.

*Vtq[ue] malum latè solet immedicable cancer (exiguum
licet incipit)*

*Serpere, & illæsas virtutis addere partes, sic peccatum.
Ouidius.*

Vt Ningua minutissimi insecti genus in Occiden-
talis Indiæ insula Isabella nascentis adeò paruum ut o-
culis discerni vix possit, cum primum pedes inuaserit,
& intra digitorum vngues cutemque penetrat, nisi
vel crebra lotione eluas, vel scalpro eruas, dicitur
mox folliculos parere maxima lendium copia grau-
dos, illisque brevi multiplicatis sic cuncta exedete, vt
vincum supersit remedium membra vstio, aut reſi-
fio, ita peccata, cum semel animum inuaserunt, noua
pariunt tanto numero, vt nil restet nisi æternum mo-
xi, nisi initio diligentissima lacrymarum lotione, &
pen-

penitentia gratiae que Dei scilicet pro arceantur. Martini Delrio lectione sacra 28. que est i. de Timore Dei.

Tributus labat, laplat peccator, sicut ebrius. Turbatis sunt & mori sunt sicut ebrius. psal.

- Faciunt hoc, &
- 1. *Sessoris Dei absentia.* Laxatis tum fratribus quadrupedante putrem sonitu quatit unguia campum.
 - 2. *Arrogantia quadam.* Reuerti non vult, ne reuertendo, videri possit fateri ha-
stenus errasse.
 - 3. *Desperatio.* Temporarijs & presentibus salte expieri volunt desperantes aeterna.

Videre libet, ut peccatum unum aliud, ut in catena annulus annulum, tra hat?

Euam vide, Ausa est primum de minis Dei dubitate, & dubie ad serpentem loqui. Ausa deinde credere Deum inuidia quadam, & metu parium, esum pomic illius prohibuisse. Tandem ad eum ipsum prolapsa, & ad mariti sui corruptionem.

Cainus primum avarus in sacrificijs, deterrima, opinot, horre sui offerens Domino, decimator parum fidelis, & tardus; deinde inuidens fratris, cuius sacrificia Deo graviora, quam sua, inde intellexerat, quod Deus signe de ccelo misso, in cinetem Abeli oblationem, non item suam conuertisset; mox fratrem, specie deambulationis, foras extraxit, actum cum illo de fide agere, spargere voces dubitantis de Deo, de prouidentia, de praemij, de poenis, horum nihil valde credere; ut refert Ionathas interpres Chaldaeus; Denique in fratrem refellentem docentem meliora, insurgere, & trucidare; negare factum etiam Deo inquirenti, de Dei misericordia desperare. Gen.

Vides peccatorum gradationem, & alterum alterius esse scaturiginem?

Vox Domini, de rebellibus illis fundatoribus famosissimis illius turris Babel sub Saturno, id est, ut Berossus, quidam, volunt, Nemrotho; Ecce unus est populus, & unum est labium omnibus, ceperuntque hoc facere, nec desisterunt a cogitationibus suis, donec eas opere compleant.

Gen. 11,

Zz 4

David

David nonne ab otio & imbellia ad inconcessum
Venerem prolapsus? ab illa, nonne ad Vix militum
fidelissimi abunde iam laesi lesionem ultimam, dolo
dolosissimo, datis literis Bellerophonis, & quidem
gladio alieno, & Barbarorum? 2. Reg.

O climacem, figuram ut in oratione pulcherrimam,
ita in vita & moribus turpissimam!

Iudaeis prophetando dictum *Implete*, id est, *impleris*
mensuram patrum vestrorum; id est, ut illi, sic emis
vos prophetarum & Apostolorum in eorum partici-
pia. *Matt. 23.*

Super quo percutiam vos ultra, addentes pruaritionem? *Ifai. 1.*

**Herodes
progres-
sus in
malum.**

Herodes, ergo, quoniam tam multa iam in Remp.
peccarat, fratrem suum Herodiadē deinde rapi-
rat, raptam publicē domi habebat, contētis Dei, na-
turāq; legibus, Subditis atque infirmis scandalō ex-
emploque pessimo fuerat, mala cāterā pātarā, de
quibus omnibus correprum à Iohanne nuper dice-
bamus, eo quoque tandem sceleris progressus est, ut
in monitorem, Doctorem, & Concionatorem suū vi-
olentas manus iniecerit, adligat, carcere clauſet,

Adiecit (ait Euangelista) *& hoc super omnia, & inclusit*
Iohannem in carcere. *Luc. 3.*

* *Deinde*, quoniam ausus est quoq; Baptistā capere,
in vinculis habere, & annū nihilomin⁹ totū vel circiter,
post legitimā Baptistā, per verbū Dei, monitionē,
in volutabro suarum libidinū, vt luteletus sus, volu-
tari, incidit in occidēti Baptistā deliberatā volūtati.
Nām dicitur *Matt. 14.* *volens eū occidere, timuit populus.*

* *Denique* temerē iurauit, in malo promisso fidem
non rescidit, Baptistam occidere, quam saltatriculam
contristare maluit.

Peccatis peccata cumulauit. *Finis alterius mali,*
Gradus est futuri. *Senec. in Hercule fur. act. 1.*

Ifai 14. *Deradice colubri egrediecur regulus* (seu ba-
silicus) *& semen eius absorbens volucrem* (vel, ut *Va-*
tablus vertit, & factus eius erit prester volans (vel *fe-*
pes ignitus:) *Vbi, et si sensu literali intelligat propheta*

pet

per colubrum, Oziam qui adfixit Palæsthinos 2. paral. 16. per regulam, Ezechiam, qui vehementius eodem vexavit, quam Ozias proauus eius 4. Reg. 18. tamen aliquid est, quod accommodatè quadrare negotio hoc nostro possit.

Nam ut coluber, serpentum non omnino extinguitus, generare dicitur regulum seu basiliscum, a nimis rauca acutitate veneni, quamvis 12. digitorum, aut palmi magnitudinem non excedere dicatur, dicitur, inquam; nam nomine notius est hoc animal, quā visu: / ut serpente quilibet magnum habitu iuuo extinguat, insigni suo sibilo omnes fuget serpentes, rūlo rugitu cæteras quadrupedes; immo (ut vulgi sententia) hominem solo visu extinguat, ita per frequenter patuis initis, & (ut sic dicam) peccatalis, vel commissionis vel omissionis, in maxima scelera pro labi contingit.

Qui contemnit minima, paulatim decidet.

Vt Crocodilo serpenti Ægyptio croci fugiant: illi mo (vnde & dictum ferunt, ἡρόντες, id eit, croci fugit, euilque odorem multum reformidat) hoc propnum est, vt solum inter omnia animalia, ex tam partus initis, in tam incredibilem, (duorum videlicet & viginti cubitorum) exercescat magnitudinem (ponit eum oua anserinis non maiora) & quandiu viuit, nullum faciat crescendi finem; sic peccato omni hoc proprium est, vt ex tricis, & fruolis satis primordijs mirè, exercescat, nec facilè crescendi finem facit.

Vt zizania, seu infælix lolium & steriles dominantur *Virg. t.*
Georg.

Et mala radices fortius agit; & serpillus herbula mire per terram, & cancer morbus latius latiusque semper per corpus humanum proserpit; sic indies nō modo sermo malorum serpit, sed & actio, & sclera, vel eadem iterando, vel noua adiicio latius propagantur. Adiecit & hoc Herodes super omnia, inclusit Iohannem &c.

Vt ignis quo semel accensa candela est, semper magis magisque retrogradè lambendo obtinet, non de-

Proges;
fus iste in
malum,
quibus
rebus si-
milis.

**D. Bern.*
ser. 14. in
psal. Qui
habitat.
& Plin. l.
29.c.4.

Ouid.

finens, nisi totam exusserit; sic ignis peccati, eumque
mel animum inflammabit.

Vt viatorum parvus error in principio, magnusque
fine, & philosophos ac disputatores uno admissi abfor-
do, multa sequuntur absurdia; sic in moribus, cum le-
mel est peccatum vel tenuiter, iterumque iterumque
& grauius peccari solet.

Et sit quidem id dupliciter; volente scilicet ita homo
ipso, & Deo non nolente, qui in peccati prioris pena,
deserit desertorem, & gratiam quam cadere non posset,
iustè subtrahit, quam gratia subtractionem, offendicu-
lum vocat Propheta.

Offendi-
culum E-
zechielis
quomo-
do san-
tare
intelli-
gendum.

Ezech. 3. Si conuersus in iustus à iustitia sua fuerit, & se-
cerit iniqüitatem, ponam offendiculum coram eo, id est,
Gregorij sēlo: Qui peccatorē diu expedit, ut redire
redeunt, atque contemnenti ponit adhuc ubi grauissi-
dat. D. Gregor. tom. 2. libr. 1. ser. 11. in Ezech. in hoc
ipsum.

Ponit Deus offendiculum (ait hic Vatablus) coram
peccatore, quando non reuocat eum afflictionibus, cal-
mitatibus, & consolationibus, sed facilem prabens eiu-
sersions, & iens obuiam.

Nisi forte ad vitandam blasphemam illam suspi-
cionem cooperationis diuinae, aut precipitatio-
nem humanæ a Deo in peccatum, malis cum amico quo-
dam meo egregie docto Andrea Hoyio Grecianus apud
Duacenses professore, per offendiculum calamiti-
tates & yltiones diuinæ intelligere, sic enim ille lib. 1.
paraphrasis sue in Ezech. c. 3.

*Sifors à recto deuortat trahite iustus,
Et se precipitern scelerum sub gurgite mergat;
Aduersis vindex offendam casibus illum,
Ut sapiens obliqua via diuinitia linquat.*

Et cum doctissimo illo commentatore Pinto Hiero-
nymiano, qui sic de hoc offendiculo: Existimat hunc
offendiculum esse acerbam quamdam calamitatem, qua
Deus virum iustum errare incipientem obprimit, ut con-
vertatur. Et paulò post: Huic expositioni facut verba
Theodosianis, qui hoc loco Ezechielis pro offendiculo me-
mentum

mentum, seu cruciatum verit.

Ado & Caftalionem ipsum fauere, qui sic vertit, i.
dixi, ego ei infortunium aliquod obiecer.

Ceterum vera est Theologorum ista, ex D. Gregorio, sententia, Peccatum, quod ex peccato sequitur, peccatum simul est, & poena peccati. D. Greg. tom. 2. lib. 1. sec. II. in Ezechiele.

Ipsa vitorum incrementa, sunt quædam in peccatore supplicia.

Indurat Deus cor Pharaonis. Exod. 7.

Conuerit cor eorum (Ægyptiorum scil.) ut odirent populum eius & dolum facerent in seruos eius. psal. 104.

Dimisit eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in adiumentibus suis psal.

Appone (air Daud) iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam, id est, a peccatione non liberando, neque gratiam refundendo, quam stulte effuderunt, sine eos crimina criminibus aggerere psal. 68.

Philosophos Gentium, quia cum cognouissent Deum, non fecerunt Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis; & obscuratum est insipiens cor eorum: tradidit Deus in reprobum sensum, in desideria cordis eorum in immunditiam. Rom. 1.

Hæreticos æui nostri prisci q; tuere in hæresim permisit, vel feceras libidines, vel arrogantiæ &c. vlciscendo. Hinc illud; Hæresis nunquam est primum peccatum. Calvinus antè hæresim Sodomita; Henricus VIII. Rex Anglie Polygamus, adulter &c.

Quodam peculiariter excæcatos à Deo & induratos legimus, in quibus Iram, Iustitiam ac Potentiam suam, in igni singulariæ vindicta, Dominus ostenderit.

Excæcatos (inquam) atq; induratos, quos s. illuminare, quos mollire, studio peccata priora vlciscendi, noluerit. Vide Aug. li. de præd. & grat. c. 4.

Non obdurat Deus impariendo malitiam, sed non impariendo misericordiam. D. Aug. ep. 105. ad Six.

Vel circa quos Deus non actiū quidem, sed paulo amplius, quam permisiū, in iprorum peccatis, sele habuerit.

Vide

Vide Melchiorem Canum lib. 2. de locis Theologis
4. quem hic sequor.

Ista enim Excæcare, Indurare, Decipere, Præcipere,
Semei, vt maledicat David &c. impropiè, & figura
Deo tribuuntur.

Excæcare, indura 1. Sublationis, vel amotionis;
re &c. dicitur De 2. Ministrorum;
us ratione 3. Subiectorum diuersorum.

* 1. *Sublationis* vel *amotionis*. Primum enim, cum
sublato Dei lumine, nihil aliud, quam caligo & exo-
tas superfit: cùm, ablato suavitatis eius pumis, cor-
da nostra in lapides obdurescant: cùm, cessante
directione, in obliquitate contorqueantur, exca-
re aliquos, indurare, errare facere dicunt, quibus la-
cultatem videndi, liquefcendi, ad veritatem tēlam
ingrediendi admitt.

Nam, & quis lucem hanc oculis nostris auferret,
& qui columnam, qua firmatur & constituit adiunctum
(vti quondam Samson inter Philistæos) collecteret: iij
verè ac iure, & obtenebatur oculos, & diuerte adi-
cium dicerentur.

Cùm autem dicimus, Deum facultatem videndi
auferre, cæteraque similia: id non ita accipendū est,
quasi homo arbitrij facultate primatus nec videt, nec
mollescere, nec recta ingredi possit. Sed ita demum
intelligere oportet, vt, quia sine lumine homo videt
non valet, nec sine Spiritu suaui oleo emollii,
nec sine Dei directione recta ingredi: idcirco, quin
la iusto hominibus iudicio admitt, hic faculta-
tem quoque ea exequendi quodammodo dicatur adi-
mtere.

Naturalia sibi relinquit, quibus supernaturales
operari homo non potest.

Supernaturale verò illud lumen, in quo lumina vi-
demus lumen, & vim illam diuinam, quā nature
viribus altiora possemus, tollit peccatorū zelo iusti-
tiae.

* 2. *Ministrorum*. Et hæc ratio proprius ad verborum
proprietatem videtur accedere: quod ad exequenda
ind.

Dicitur
Deus in
durare
&c. vel
j.
Ratione
amotio
nis,

ii.
Ratione
ministro
rum;

judicia sua, Satana admistrio utitur, ob idq; ea dicatur efficere, quæ minister illius auctoritate roboratus efficit.

Ut quæ Iudicis administer, dum iustum eius sententiam exequitur, facit: ea suo modo, a Iudice quoque sensu intelligimus.

*3, Subiectorum diuersorum, quam rationem D. Hie-
tonymus quæst. 10. ad Hedibiam reddidit. iiij.
Ratione
Subiecto-
rum.

Sicut enim unus est Solis calor, & secundum esse-
tias subiacentes, alia liquefacit, alia indurat: alia sol-
uit, alia adstringit: liquatur enim cera, lutum indu-
tur, & tamen caloris non est diuersa natura; sic De-
us eodem omnino lumine, male adfectum exerceare
dicitur, bene institutum illuminare: codemq; pro-
lus beneficio indurare illum, hunc mollire.

Videlicet miraculis eisdem editis, Israël est emol-
lius, cor Pharaonis obduruit: eadem doctrinæ luce
Apostoli viderunt, Pharisæi cæci facti sunt. Quoniam
diuina lux etsi per se quidem ad videndum editur, sed
per occasionem tamē in eo cæcitatem efficit, qui prauo
affectionis habet oculos: in eo duritiem, qui prauo
affectionis est animo.

Crocodilum crocus offendit (vnde & adpellatum
illum iam dixi) qui homines vehementer recreat.

Denique amaracinum fugitat suis, & timet omne
Vnguentum: nam fetigeris subiussa acre venenosa est,
Quod nos interdum tamquam recreare videtur.
At contra, nobis canum, tetricima cum sit
Spurcitas, eadem subiussa tam munda videtur!
Infatibiliter toti ut voluantur ibidem. Lucret. li-
bro 6.

Hinc proverbia illa; Nihil cum amaracino sui,
Et; Sus per rosas.

Cic. Illi alabastrus vnguenti plena putet.
Itaque viuere in Arabia nullum genus ullo genere pos-
se negant, quippe cum ea regio sit odoramentorum alirix,
aboni cuiusq; odoris hostem merito declinatur. Pierius li. 9.
Hierogly.

Aquila oculum lux Solis delectat, nycticoracis ad-
ficitat. Quid

Quid ergo mirum, si quibus Dei beneficijs quinque
meliores sunt, alij sunt deteriores; ex quo improposito
dicitur Deus aliquos inducere, excæcere &c?

Nec tollunt ista arbitrij libertatem.

Vt enim dicimus, liberè carcerem illum & morten
adisse, qui patruuit criminis breibus gyaris, carens
& morte digna, que potuit non patrare; ita in peccata
secunda, & primum consequentia, libere postulabili
ille dicendus est, qui potuit primum non admittere,
per quod auxilijs gratiae Dei exui promeruit.

*Lært. l.1.
6.5.* Qui ebrios hominem occidit, nihilominus (im)
Pittaci vnius ex septem illis Græcia sapientibus cen-
sura, duplo grauius plectendus, quam si sobrios & be-
cūs occidisset, quoniam sponte in breuem illam ro-
luntariamq; infaniam sponte prolapsus est.

Ergo Herodes hic noster, Deo tam Tyrannide-
ius, quam libidinum sordes vleiscente, beneficio Dei,
id est, prædicatione Baptiste, qui probus aliquis molli-
li poterat, obduratus, & nequior factus, adiutorij
hoc super omnia, tenuit Iohannem &c.

II.

Quomodo peccatum unum dicatur, sitq; re vera altera
us causa.

Id vero quod vere dici possit, iuuat examine.

Peccatum erit *1. Ut causa efficiens simpliciter, & pri-*
gō dicitur al- *accidens;*

terius peccati 2. Ut causa materialis;

Peccatum causa quadri- 3. Ut causa finalis;

vnum al- 4. Ut causa formalis. D. Thom. 1.2 q.

fariè vel 75. art. 4. in corp.

*causa, vel * 1. Ut causa efficiens simpliciter seu per se, dispositio-*

nē quadam sc. quia per actum vnum dispositio est, &

paratio quisq; ad secundum. Habitus enim per acci-

der, generantur.

Per accidens vero, ut qui ostia Nili, aut Tiberis ca-

taractas frangeret, quibus satis potenter fluvios vici-

que alueo suo continetur, ut non conseruat operie

TUTA

uram, causaret haud dubie per accidens utriusq; ex-
traluum suum exundationem;

Et qui horti sa p̄m spineam euellit, causat per ac-
cidens fructuum depradationem.

Et, qui fundamenta turris, aut palatij camerati
columnas subruit, aut securim ad radicem ponit, cau-
sabit ut pyramis illius, tabulatum alterius, & comæ
arboris collabantur;

Sic, qui per peccatum abigit, aut excludit ea, per
que peccata vitantur.

Sed certissimum est, Gratiam Dei, Timorem ipsi-
us, Verecundiam, Rectum de rebus Iudicium, id est,
rectam rationem, proprios obices esse, claustra, vel
reinacula peccatoris.

Quid enim salui amissio iam pudore? quod non tur-
pitudinis tuat mulier, si cum ueste exuerit verecundi-
am, aut pudorem cum pudicitia deposuerit?

Quod non, qui Timorem Dei Hominumq; valere
iusterit, qui nec Deos nec homines reveretur, ut quandā
ludex ille?

Quid non præceps tuat, cui oculos mentis culpa
clamerit, ut Samsoni Philistæi corporeos aliquando,
expunxerunt? Quod sine lumine rationis non impin-
gar, cui non erit, tot impactionibus, offensionibus,
afflictionibusq; suis, ut Samson quondam Philistæis lu-
dibrio. Iudic. 17.

In circuitu impij ambulant. psal.

Viam ciuitatis habitaculi non inuenierunt. psal.

Errare fecit eos cæcitas in iuio, & non in via. psal.

Quid possit homo desertus à Gratia Dei, sibiq; re-
futus?

Heu nihil iuici fas quem quam fidere Divis. Virg. 2.
Æneid.

Tunibil iuuta facies dicesne Minerua. Horatius de
Arte.

Sine me nihil potestis facere, ait Christus.

Sicut palmes non potest fructum ferre à semetipso, nisi
manerit in vite, sic nec vos nisi in me maneritis. Io-
han. 15.

*Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quā ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. 2. Cor. 3.
In ipso mouemur, & sumus,*

*Omnibus his, velut anchoris, firmamur; his veloci
suburrarum contra vortices maris huius magni.*

*Gratiā autem illam Dei, peccato velut abigi, Timorem ipsum nainui, Verecundiam perficari, ac de-
rūescere, oculumque rectæ rationis, quasi concer-
tis humoribus, infectis pulueribus, aut quomodoli-
bet hedebat, quis tamen tenuiter Christianus, imò tam
parum homo, qui nesciat?*

*Itaque magnoperè contendit Sathanas, ut vel ad
vnican te culpam trahat.*

*Sperat, si non alliseris parvulos tuos ad petram, si ser-
pentis caput non conserueris, sed aliquo ipsum admis-
seris, faciat toto corpore illuc se irruptum, aut ut
ruptum.*

*Sperat, si vel scintillulum ignis excuscerit, magna
inde incidentia coaflaturus.*

*Sperat, si nauim tenuiter terebrauerit, totum O-
ceanum immissum.*

Omnia principijs semper ineffe solent.

Modicū fermenti totam massam corruptit.

*Vt principiis larronum in more est, operari, ve
paerulus latrunculus, quasi errabundus & concebris
noctis praeuentus, in domum Potentis quam velut
expilare, possit quoquo modo introduci, vt media
nocte dormentibus Dominis seruisque, apertis ab i-
plo fortium portis, magno agmine sociorum irrum-
pant, omnes cedant, omnia efferant; ita Demoni
magna cura, in animos nostros vel viuum peccatum
intradēdi, qui speret hinc pluribus & minoribus cul-
pis ingressum fore.*

*Sinonem vnum in Troiam per dolum præmisit,
qui ipsalis passim ignibus portas urbis omnibus, no-
cte concubia aperiret, satis Græcis fuit, ad Troeze
tius éversionem.*

*Ergo peccatum prius posterioris causa est per acci-
dēm*

dens, quoniam ea tollit, aut minuit, quibus solet homo in officio contineri.

*1. *Vt causa materialis, quo modo lignum causa na-*
vis & sedis, metallum caula Campanæ, ferrum causa
armatum. Sic avaritiam causam dissensionum adpel-
lamus.

iij.
Vt causa
materialis.

Certamen mouissis opes, ait Poëta.

Sic ebrietatem, causam iurgiorum, homicidiorum;
Desidiam & otium malorum omnium parentem.

Sic Gulam causam libidinum. *Sine Cerere & Bac-*
cho, friget Venus.

Nota sunt Lothi cum filiabus incesta.

Exod. 2. *Sedit populus manducare & bibere, & sur-*
nixerunt ludere, quos ludos Deus nouit.

*3. *Vt causa finalis quæ dicitur ea, cuius gratia cæte-*
ra flunt; vt quum unum peccatum admittitur, non
propter ipsum, sed ut per ipsum ad aliud aliquod via
sternatur, ultimum illud peccatum quod spectatur,
fuerit causa precedentis.

Vt si quis virginem inebriet, vt ebriam vitiet, vi-
tatio virginis fuerit causa finalis inebriationis eius,
quod ad initiationem, vti ad scopum finemque ebrie-
tas referatur.

Sic filii Loti patrem aliquoties vino sepelierunt,
vt cum sepalto vino somnoque inceste iungerentur.

Genes.

Vel; si quis philtra propinet, magico carmine de-
mentet, aut matrem occidat, vt vxore abutatur, quod
sibi Abrahamus ab Ægyptijs, ob Saræ suæ pulchritu-
dinem metuebat: aut seruus occidat Dominum, vt
thesauro potiatur, vti Sichæum sororium suum olim
Pygmalion clam ferro incautum obtruncaverit, vt au-
to hac vi potiretur.

Sic vinitores olim quidam, viso herili filio hærede
*vineæ, dixerunt, *Ecco hæres, venite occidamus eum*, vt*
scilicet vineam sibi usurparent.

Vel; si qua cuiuspiam effecti & infecundi viri vx-
or, cum alio viro misceretur studio prolis, vt sic infæ-

Aaa

cundi

cum li patrimonio frueretur, secundorum hereditum
detrimento

Vel; si qua mater, ut Medea, veterum suum fero
aut venenis rimaretur, ut reliquias Iasonis, & spem
illam, quam in aluo commendatam haberet crueret,
pelleret, occideret, zelo vindictæ de Iasonе indulgen-
te nouis amoribus capienda.

(Vide apud Ciceronem quodam orat. pro Cne. Cluentio de
quodam Oppianico, qui filios suos trucidauit infante, at
nuptias, quas cum Sappia, propter eius opes, cupiebat con-
trahere, impediens.

Item de muliere quadam Milesiâ, que ab hereditate
secundis accepta pecunia partum sibi medicamentu-
gerat. Et.)

Vel; si quis Simoniam exerceat, ut in meretricies
bribratesque abligueriat. &c.

Tum peccatorum illorum que primò admittuntur,
causa finalis sunt posteriora, que ad ipsa con-
sequuntur, aut quibus priora illa struerunt vi-
am.

Vt virum bonum aiunt, unam virtutem, virtutum
omnium administriculo, exercere; ita adficiare, pecca-
torem, ope aliorum peccatorum, ad alia pertingere,
non est absurdum.

iiiij. * 4. Ut causa formalis. Sic in furto commissio inten-
tione fornicandi, furtum se habet ut materia, forni-
catio ut forma.

Herodi ergo nostro ut adjiceret hoc super omnia,
id est, ut Iohannem caperet, vinciret &c. causa officies
simpliciter fuere, tot Tyrannides ex ipso ante exerci-
tæ (de quibus vberiā à me dictum supra:) item ex-
dem etiam per accidens; quibus adiice rapum fra-
triarum: incestas cum ipsa nuptias, publica inde scandala
&c. quoniam haec aliquem iam illi usum audiendi
cruelias, ac bibendi instar aquæ ac vini, sanguinis
humani ingenerabant. Itemque quoniam primis il-
lis peccatis iam gratiam Dei a se propulerat, & qua-
si anchoras soluerat, iam Timorem Domini excusse-
rat,

rat, iam Verecundiam exuerat, & iam luci rationis re-
nebras magnas offuderat.

Rupis transi, exculsoque sessore, quadrupedante
purem sonitu quatit ungula campum. Virgilius Æ-
neidos.

Item causa materialis huius fuit, Voluptas est a ma-
lorum omnium, & frequenter cœdium. Clarissime
id docet Euangelista dicens, *Vinxit Iohannem propter
Herodiadē.*

Causa vero finalis fuit, studium placendi meretri-
ci, eamque semper magis magisque sibi deuinendi. *Matt. 14:*
Mattheus & Marcus hanc quoque causam tangunt *Marc. 6:*
his ipsis verbis; *vnxit eum; posuit in carcerem propter
Herodiadē.*

Item ludium libertatis & omnis licentiae. Adfe-
ctavit enim, spetavitque, amoto rigido isto vitorum
suum Cenfore, plenissimam omnia audendi liber-
tatem, ut lupus amoto mollo pecuario, & cætera
olim ammanea, amandata longissime Leone & a Cu-
ria, specie honestæ legationis, oculatiore vulpecula.

Ac sic etiam caula formalis captiuitatis Baptista
fuit, adulterium cura Herodiade.

Vt verissimum iam olim dictum fuit; *Nox, & Amor,
Vnumq; nihil moderabile sua dent.*

Itaque vel hoc uno exemplo absterri, discite, A-
moris inordinati nunquam subire Tyrannidem, co-
gentem quos subiugari, ad tam indigna.

Et cum tentatio animū principiō pullat, tota bellī
mole resistite, tenete, allidite parvulos vestros *ad petrā;*
caput serpentis converte; Herculis instar, in cunis, in cui-
nis inquam ipsis geminos angues suffocare, nisi vultis
longam criminum catenam ipsis vobis fabricare

*Principijs obsta.
In camo & freno maxillas eorum constringe, qui non
ad proximant ad te. pial.*

Cui digitū dederis, manū tandem dabis vel inuitus.

Cui pedem agritiū definieris, eidem agro tandem
toto cedes vel conductus, ibi fodet, sapient, construet, ut
in tuo tibi dominetur, ut te abutatur.

*Qui contemnit minima, paulatim decidet, ut legi
iusti dixi.*

III.

Quo modo, & cur captiuitas Baptista dicatur peccatum transiens.

Illiud
(super omnia)
qui possit intelligi.

Captiuitatem autem Iohannis, crimen fuisse omnium omnino, quæ hactenus perpetrâsser Herodes, criminofissimum mihi (falso meliori iudicio, nam si ne autore, et si nō sine ratione, ita iudicet) Euangelista insinuare videtur, cum dicit; *Adiecit & hoc super omnia, & inclusit Iohannem in carcere.* Luc. 3. q. d. Ed enim tandem progressus est, ut Iohannem, Concionatorem suum, incluserit &c.

Nam et si illud (*super omnia*) verti etiam possit per (*insuper*) ut verrit Castalion, ut dicat ordinem & consequationem, quod scilicet hoc post alia multa perrarit, & significet augmentum quoque secundum numerum, addito scilicet uno isto ad tam multa magis tamen mihi placet ipsa versio communis, & illius, qui verrit (*super omnia*) quod indicare possit, non solum ordinem, & auctionem numeri peccatorum, sed etiam gravitatem ipsam huius vniuersitatis consequentis peccati, referendo (*super omnia*) non ad verbum (*adiecit,*) sed ad illud pronomen (*hoc*) sic scilicet coniungendo (*Hoc super omnia*) hoc scelus ceteris omnibus supereminens, hoc omnia transiens, ut captiuitas Baptiste, ad cetera crimina Herodis, habeat se sicut maius aut minus, sicut gigas ad pygmæum, sicut musca ad elephantem. q. d. Fece & hoc scelus ceteris maius enoriusque, Baptisti inclusus, occidit. Nam toram interfecti Baptiste Tragiam, pluribus tamen artibus constantem, r. num malum hic adpellamus, malum transiens.

Herodes ergo hic subiecit Pelion Ossa, fecitq; crimen, quod tantum inter cetera caput effera.

Quantum

**Pro pec-
cato cetera
ga tran-
scendente.**

Quantum Roma alias in se caput extulit urbes.
Ex multis pauca nūc dicā, cui hoc Herodis peccatum transcendens adpellātur. Nam sum alias id quoq; latius ostensurus.

Transcendēs 1. Generis peccati,
ergo dixi, vel 2. Personæ, circa quam,
adipisci 3. Causa propter quam.

*1. Generis peccati, homicidij scilicet.

Homicidio enim sanc*t*e, ratione damni nulla via re vel ratio-
parabilis, nescio an peccatum illius grauius excogiti ne generis
tan ab homine possit.

Euer*s*tr*v*nus Augustæ statu*x* tantam iram Theodo*s* mōuerint; non iouear Deo bilem viuentis &
viuidissimæ imaginis sua demolitio?

Non pessimè vulgus nostras (nisi hāc illi cresceret
libidinulicentia) quū lepidē iocando dicit, *Melius esse*
duos generare, quam vel unū occidere, ac hoc quidem
multis de causis, quas profettere non est huius loci,

Quo magis miror, plerosq; etiam hoc populi præ-
iudicio damnatos, adeò ad cædem faciles, ut cædē
hominis non pluris, quam pulli gallinacei, aut colubini,
astiment, vnde nunq; & duella tam crebra, &
heu! bella nostra tam diuturna,

Sed & obstupesco, Iudices quosdam esse ad miseri-
cordiam tam faciles, imò tam auaros, & tam prom-
tos ad capiendum, vt gladios priuatorum, alterius in
alterum, frequentissimè nudos, in plateis, in foris, in
agro, in arena, strictos ad homicidia videre cogamur,
videre autem vix inquam possimus Magistratu*m* ma-
cheras aut secures micare, *ad vindictam malefactorum*
in theatro, cum tam Deus & iam olim homicidi-
um ante legem in Caino severissimè ac celerrimè vin-
dicari*t*; cum deinde audiente Noaco, noui mundi re-
paratore scri*o* ita decretit, *Quicumque effuderit huma- Genes. 9.*
num sanguinem, fundetur sanguis illius: ad imaginem
quippe Dei factus est homo; & lege Moysis, ita statue-

Leuit. 24. rit, *Qui percussit & occiderit hominem, mortemontur;* & sub lege Euangelica, id est nostra, tutti autorarit Filius legem Patris, in auribus Petri Ecclesie
Matt. 26. Principis, dicens, *Omnes qui accepterint gladium, gladio peribunt.* Verum hoc alias uberioris, nunc sit iustus, notasse apud emendaturos.

Tollit homicida homini bonū, post Deum & Virtutes, summum, bonum nunquam reparabile, tollit Reipub. hominem nonnunquam magis necessarium, quam sit Sol ipse, qualis erat hic Baptista.

(*ybi ob-
iectiun-
cula, &
eius folia.
tuo:*) Sed aī, lam Herodes olim fuerat homicida, & quidem plurimorum, ut Iohannis cædes non debuerit dici peccatum cæteris altius & transcendens.

Respondeo, et si cædes unius non sit simpliciter grauior cæde alterius, multò minus unius cædes cæde plurimorum; tamen secundum aliquid, rechè granor poterit aestimari; vel quā occisus iste est filio dignior, quo adspicu, cædes & crucifixio Christi exercitabilior est cæde vniuersorum &c. vel quā est alter altero vi- lior, quo adspicu, in bello, potest unius Duci cædes grauior, quam mille militum gregariorum aestimari, &c.

Huc adspexerunt mulieres illæ, quæ Davidi à cæde Goliathi reuertenti præcinentes, dixerunt; *Ibi percussit Sans mille, & David decem milia.* Quomodo enim decem milia, cum unicum Goliathum obnonciasceret decem tamen milia merito auant, quoniam occiso hoc uno Gigante spuriō, & subiecta mobili illa turri carnea, non minore danno Philistheos afficerat, quam si decem ipiorum legiones prostrauisset, tam erat vilis bello vir ille spurius.

Huc facit & illud Virgilij; *Si duo præteratales Idia
ratissi
Terra viros &c.*

Et, quod ad Troiam olim Agamemnon professus est, b. cui se Ilium fuisse expugnatum, si decem li- bi No-

bi Nestores contigissent, quod summa esset vir prudenter, etatis diuturnitate collecta, maxima consilij dexteritate, & eloquentia. Nam qui id dixit, ostendit, plus illi incommodi allaturum, qui Nestorem unum occidisset, quam qui decimam exercitus Graecorum partem delevisset.

Sic Duce Laburloto, ad Neoportum, incerta manu nuper occiso, passim iactatum, quanto pluris unus illius viri mors fieret, quam multorum. Eiuratum enim tunc, ac castratum, morte noui illius Camilli, dixisse reliquam exercitum.

Herodes ergo cum Iohannem vel unicum, post alios tam multis, occidit, enormius peccauit, quam cum Tyrannide multis contradicavit; quod Iohannes esset non modo ceteris dignior, sed & Reipublice quaqua versum illis, multis nominibus vtilior, precursor Christi, Doctor & Viocurus universorum.

Solem è mundo tollere videbatur Herodes, tandem totius doctrinae & probitatis lumen, subterraneo carcere abscondendo &c.

Ecce non erat ille lux, sed Lucifer tantum, qui testimonium perhiberet de lumine. Iohannis L.

* 2. Personae circa quam, cuius quot possunt esse circumstantiae personam nobilitantes, tot modis potest dici maior, ceteris paribus, quauis in eum vel iniuria vel contumelia. Iam, iam aliquid huius adiungi.

Pro personarum atq; obiectorum varietate, est varietas delictorum.

Cur infinita malitia dicimus quidquid in Deum perpetratur?

Quoniam personam (ut ita nunc dicam) sustinet immensae Maiestatis.

In hominibus, cur impingens opilioi colaphum, Darico, aut Philippico, aut auro dum taxat multatus absoluist; impinges aut Principi, manu viraq; multa-

Aaa 4 tur?

2.
Vel ratio-
ne perso-
na exulta;

tur? Facit culpa & pena diuersitatem, diuersitas personarum.

At Iohannes Baptista quis vir, & quantus? Tantus, ut quidquid initio de ipso diximus, et si valde copiosè, minus tamen sit eo, quod dicit aut debuit, aut poruit.

Vno tamen verbo; Tantus fuit, ut vel Christiphus etiam ingenti turba testimonio, Internatos multorum, non surrexit maior Iohannes Baptista. Matth. ii.

Quo Panegyrico quid plenius?

Ergo Herodes illum unum includens, occidens,

homicidium homicidia cætera transcedens perpetuant.

Quæ etiam specie dit tantummodo, sed eius quoque variæ speciem, &

en. peccati variat; validè alterat.

An enim eadem species peccati, eius, qui quemus
è plebe; & Neronis, qui suam matrem Agrippinam;
aut illius, qui Sacerdotes in Nobe, aut Zachariam;
libum Barachia Sacerdotis occidit inter templum & altare Matth. 23.

Factum prioris, homicidium vulgus vocat; Neronis autem, Parricidium; Interfectoris Sacerdotum Nobes, aut Zacharia, Sacrilegium.

Sed Parricidij certè crimen tam graue est, ut Solon in hominem cadere posse vix putarit. Intertogatus enim ille Reip. Atheniensium magnus Reformatos, cur nullas poenas aduersus eos, qui Patres verberassent respondit, Quoniam nullos tales existimabam. Anton. scr. de liberis parentes honorantibus.

Homicidium illud eiusmodi est, Cuius supplicio non debet una parari

Simia, nec serpens unus, nec Culeus unus, Iuuenal.

Sacrilegium vero, aut vis illata sacræ Dei munilitatis, quanti sit estimanda, mòx dicemus.

Et hæc quidem tria Homicidium, Parricidium, Sacrilegium, in Baptista cæde concurrerunt, in alijs illis, solum Homicidium;

Ergo Peccatum illud Herodis, & ratione perso-
nz, &

pet.
An-
co-
aut
ph-
di-
il.
ho-
an-
&
ui-
fr-
al.
ro-
um
on-
ot-
un-
re-
un-
is-
sa-
il-
so-
&
is-
nx., & Specie nouæ, reliqua eius peccata transe-
dit.

Herodes enim { 1. Parricida,
hic fuit, &

{ 2. Sacrilegus

* 1. Parricida. In Patrem enim non carnis suæ, sed Vnde He-
spiritus viviebat, in Praeceptorem suum. rodes fue-
rit, & Par-
cida,

Parentes enim certè censentur, non modo qui cor-
pus, sed etiam, ac forsitan æquius, qui mentem, meli-
orem nostri partem, figurant; qui non temporariae duplicit-
tis, sed æternæ vite, hominem aptant; qui non viue-
re hoc brutum, commune cum animalibus dant, j. Pracep-
torein,
sed celeste, sed bene vivere, & cum Angelis ratio-
nem ducem sequi, docent; qui non generant neque ex
sanguinibus, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo rege-
nerant. Ioan. 1.

D. Paulus, quod primus Corinthijs fidem impor-
tasset, audet se ipsum Patrem nuncupare; Non ut
confundam vos hæc scribo (inquit) sed ut filios meos cha-
rissimos moneo. Nam si decem milia Pedagogorum ha-
beatis in Christo, sed non multos Patres. Nam in Christo
Iesu per Euangelium, ego vos genui. 1. Cor. 4.

Michas quidam de monte Ephraim, Leuita Beth-
lemitæ stationem quærentem sic adfatur; Mane a-
pud me, & esto mihi parens ac Sacerdos, daboq; tibi per
annos singulos dece argenteos, ac vestem duplificem, & qua-
d'ad vitium sunt necessaria. Nota illud (esto mihi parens)
Iudic. 17.

Eidem Leuitæ, etiam ab ipsis sacrorum eius rapto-
ribus dictum; Veni nobiscum, ut habeamus te Patrem ac
Sacerdotem. Iudic. 17.

Hoc adipectu, maiores olim nostri, Franciscani
Ordinis Sacerdotes BEATOS PATRES ad-
pellabant; neque omnino adhuc nepotes id dedidi-
cerunt.

Iesuitæ nunc in societatem eius nominis vene-
runt.

D. Gregor. in cap. Quis dubiter. 96. dist. Quis dubi-
tet Sacerdotes Christi, Regum & Principum omnium-
Aaa 5 que

quæ fidelium Patres & Magistros censent?

Clemens Rom. Constit. Apost. l. - c. 10. Expla-
tem tibi sermonem Dei honoris, eumq; in memorabili
diu noctuq; in honore autem habe eum, non ut ornari
et que ruz auctorem, sed, ut eum, qui tibi dedit, ut brevi
laudabiliter viveres: ubi enim vixit doctrina de Deo, ibi
adest Deus.

Aristoteles denique ipse, ipsos Patribus, ac pater
Dijis ipsis æquat, cum sit, Dijis, Parentibus, & Magi-
stris non redditur equivalens. Aristot. libri 6. Eth. c. 1.
& 2.

Sed Baptista noster, quid aliud Herodi, quam in
Christo Pater i quid non Pædagogus? quod collim-
bat, nisi ut eum tandem spiritualis pater aliquando pa-
teret caelo:

Et erat, opinor, Herodi Iohannes, ut multis alij,
etiam spiritualis Pater a collaco ei Baptismo suo, & re-
gios Baptista.

Ergo & aliquo modo Herodes hic patricida.

* *Parricida rurius. Nam medicum suum, alterum*

vite suæ patrem, ac Seruacorem occidebat.
Patrem certe olim, & Patria, & cuiusque, adpella-
bant, tam eum, qui alicui seruarat vitam, quam qui
dederat.

Patrem iustius adpelles, qui non istam cum brutis
communem vitam vel seruat integrum (ut Christus
Reguli filio;) vel reddit amissam (ut id est Lazarus Mag-
daleno) sed illam hominum Electorum, & Angelo-
rum, Gratia scilicet & Glorie Dei;

Quid verò Iohannes studuerat corripiens Herodum
de omnibus malis que fecit, ob que ut plurimum Ty-
ranni trucidantur, nisi ut ab illis cum peccatis auto-
cans, etiam eum vel certæ vel adparenti vel a populo
per tumultum, vel a Philippo per iustum iram, mortu-
eriperet?

*Ad generum Cereris, sine cade & vulnero pauci
Descendunt Reges, & siccâ morte Tyranni. Iuuenal.
Sat. 10.*

Certe Rodoaldus quidam Longobardorum Rex,

anno

z. Medi-
cūque su-
um occi-
dendo:)

anno salutis 657. in adulterio deprehensus, à marito adultero interfectus est. Philippus frater cùr non idem, ob suam Herodiadē, in Herodem potuerit?

Sed ad animæ vitam sublimiorem. Quid studebat Baptista in cestas cum Herodiade nuptias taxans? &c. & corripiens eum de omnibus malis, qua fecit, quod spectabat, nisi, vt Regem tot laceribus morbis circumseptum, & alterum animæ pedem in cymba Charonis, & in portis Inferi, iam habentem eriperet, salutis quæ redederet?

Ergo illum necans vita eius tam studiosum feruaturam, aliquo modo parricida.

Nisi forte aliquo modo is parricida est, qui ab Hippocrate vel a morte feruatur, vel certè feruadi sui, si vel in poenis & receptionis aphorismis institutus. Hippocrates pædij vice curat iuguladū; ipsi verò nullo modo est talis, qui edocitus feruare animam suam, eum trucidat, qui feruanda illius dux fuit, aut esse voluit?

* 2. *Sacrilegus*. Nā in clericū, in personā Deo sacrā, legas, & licet nunc ita loqui Ecclesiasticā, in Filiū Dei & multorum ac fortissimū & suū, Baptissā, in Prophetā, & plū. *Quomo-*
Proprietā, in diuini illius Triumviratū Legarū &c. ma-
lus violētas iniecit, & ad tribunal seculare traxit &c.

O crimen super omnia! scelus supereminens, & transcendens! *Adiecit & hoc super omnia*.

Amylius Probus refert, Agesilaum Regem Lacedemoniorū præclarè dicere solitū, vehementer demissari, se non haberi in numero sacrilegorum, qui ledet eos, qui Dīs supplicarent, vel Deos venerarentur.

Idcirco lictores Vestalibus apud Romanos decreti, opinor. *Plat. in Numa*.

Adiecit ergo & hoc super omnia, sit quasi dictum sit: Fecit & hoc crimen cæteris omnibus enormius, inclusit Iohannem, ac tandem occidit, homo laicus hominem Deo consecratum &c.

Pessimō sanc exemplō, sed quod tamen, proh do- *Censura*
lorsatis multos, & iam pridem, & nunc prauos imi- *in Hiero-*
tatores reperit, & in clericos, & in res clericorum & *cianos*,
in ipsa templo atque aras, nimium audaces.

Quod

Quod quid est, nisi in Deum militare, & facient illi, quos

Adfectasse ferunt regnum coeleste Gigantes

Adgresso que Iouem superis detruader regnus? Quid.
Metam.

Quid est (inquam) hoc, nisi Deum ipsum in sententiam velle vendicare?

Vt homo laicus audeat profanas manus injicere in Christum Domini! mittere falcem laicam, in mellem alienam, ipsique Deo sacram!

Herodiano hoc stilo agere est, minimeque Catholico.

Quidam in eo militia sua constare gloriam credunt, si contemptibile sit Sacerdotium; si Ecclesie vilescat autoritas; si tamen dilatauerint regnum hominis, ut Christi imperium contrahatur, ait auctor Pollicatio L. c. 8.

In Henr. II. Angl. Regem,

Henricus certè Secundus Anglie Rex hac imprimis infamis, ut qui, temporibus D. Thomae Cantuariensis Episcopi, egregia haec decreta condiderunt, quæ ex Surio in vita eiusdem Thomæ c. 6. huc ad verbum transtulimus.

1. *Quod non appellaretur ad sedem Apocalypsim sine licentia Regis;*
2. *Quod non licet Archiepiscopo & Episcopo exire de regno, & venire ad vocatum eum Dominum Papam, sine licentia Regis;*
3. *Quod non licet Episcopo excommunicare aliquem, qui teneat de Rege in capite, sine licentia Regis: vel terram illius, vel Officium suorum sub Interdicto ponere;*
4. *Quod non licet Episcopo coercere aliquem de Peririo, vel Leaiside;*
5. *Quod Clerici trahantur ad secularia iudicia;*
6. *Quod Laici, seu Rex, seu alij, trahant causas de Decimis, vel Ecclesijs.*

In Henr. VIII.

Quem Henricus VIII. ille heu! quondam dictus fidei defensor, tandem effectus ut hæres nominis & re-

gnis

gai, sic scelerum, pede pressum est imitatus.

1. Se caput Ecclesia Anglicana iactauit, & creauit.
2. Litem uniuerso Clero intendendam curauit, quia ob Legatorum nimis Pontificis Romani, qui paulo ante in Anglia fuerant, externam (ut tunc captum est dici) potestatem, contra placitum Regis agitantam & propugnatam, Clericorum totius Regni bona in commissum cecidisse, si fisco Regis obnoxia esse pronuntiabantur, ut loquitur Sanderus l. 1. de schismate Angl. pag. 87.
3. De monasterijs & monachis disponit. Thomae enim Audleto Cancellario Mori successori monasterium Londinense, cui nomen fuit ECCLESIA CHRISTI, cum redditibus omnibus dedit. Religiosos autem illius loci Canonicos Regulares in alia monasteria eiusdem Ordinis distribuit. Ibidem l. 1. pag. 89.
4. Cromuelum quandam suum etiam (si Dijs placet) in spiritualibus Vicariorum instituit. Ibid. lib. 1. pag. 173.
5. Non modo in viuos Clericos iudicium exercet, sed & in mortuos, exemplo opinor Christi veri Capitis Ecclesia, qui venturus est iudicare viuos & mortuos. Disu enim Thomam Cantuariensem Ep. postquam ad maiorem religionis contemptum in iudicium vocari, & tamquam contumacem damnari, ac proditorem declarari fecerat, exhumari & comburi, cineres in ventum spargi iussit. Ex Pauli III. Pont. Max. bull. la excommunicationis Henrici. apud Sanderum pag. 191.

Nostro etiam aeo & solo quidem quædam aucti sunt imitari.

Vir quidam in Magistratu primario constitutus,
laicæ

Henrici
VIII. An-
gl. Regis
in Cle-
rum te
merita-
tes;

In variis tamen potestatis, literis datis ad Praelatum quendam, quas vidi, legi, & mihi tum delcripsi, nullus est, si Dijs placet) iubere Concionatorem quempiam usque procul destinari, de Concionatione quadam (in qua le noctum putaratur) responsurum. Non mutatur Concionator ille iterat literas, atque in ipsis minatur totum Conuentui, ni ad se iussus Pater destinetur. Vidi ipsius secundas, & legi. Hoccine hominis Catholici recte debatur, & in Catholica vrbe Magistratum gerens facinus!

Alibi, & in Catholica quoque vrbe, alius quidam ipse creditus Catholicus, similem omnino Magistratum gerens, scripsisse literas creditus est ad alium Praelatum, quibus alium Concionatorem cupiebat dignitate destitui, atque exautorari, & quidem ebus adjiciens, ni fieret scribi aliam viam, quidam nichil distinxisse, ad Principem, captiuum Concionatorem transfigurum.

Albijalius item non parvo fungens imperio, Concionatori cuiquam post pocula insultanter in facie dixit, Virgas adhuc superesse, quibus virgari posset.

Alibi, Sacerdos publicè a laicis captus, & in carcere laicorum (Catholicorum tamen, ut opinio sunt) intrusus dictus est.

Alicubi, pensiones insitatae in creatione mei sacerdoti Magistratus iussæ, adiectis minis istis, creatum in extera, nisi penderentur.

Alicubi, literæ date, quibus monasteriorum diocesorum Ordinum permutatio acceleranda iubebatur, nulla in ipsis Pontificij indulti facta mentione. Vidi literas ipsas, & legi.

Alicubi, ita servi sunt Laicorum Magistratum Sacerdotes, ut ad Curionatus gerendos ab Episcopis suis iam ritè examinati, iamque per parentes egregie autoratas admissi, nihilominus iterum (si reuera volunt fieri Curiones ac frui) cogantur Laico Magistratu libellos subplices offerre, qui & ipsos secundum examinari iubet à quibuslibet Sacerdotibus tamen, vnde sit proh dolor! ut maior sedes ab inferiore induet.

tur Ecclesiastica à Laica, & in Episcopi examen, Sacerdos illo minor, Laicorum iuslū, inquirat. Et hęc in urbe Catholica, & ab Catholicis Magistratibus, vt creduntur.

O Herodianos, aut potius Herodes redjuius.

Parum alioqui peccarunt scilicet isti, & adiiciunt hoc super omnia. cum Herode, vt Baptistas etiam vident?

An volunt Rhadamenti & Rodomonti isti noui, vitos illos, quos Dei filius Iudices Mundi decreuit, his quoque verbis, præter alia multa, *Sedebitis iudicare duodecim tribus Israël, ex Iudicibus, subplies facere drepentem, & quidem subplies ipsis suis Reis ac subditis? In canaë esse, quos elle voluit Deus in capite relixtum, quæ deorum?*

An volunt Minoës isti, de hominibns illis iudicare, quæ teste Paulo etiam Angelos iudicabunt?

An volunt, Iacobum redire sub iugum Esau, de quo prædictum, *Maior seruiet minori: Iacobum inquit illam, cui ore Patris Isaaci moribundi, quasi viuæ votis testamento, dictum, mysterio sanè maximo, Seruantibz populi, & adorantibz tribus: ego Dominus fratum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ* Gen. 17.

Et Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres tuis seruirut illius subiungui. Ibid.

An Episcopum etiam (vt ille cum stomacho aiebat). in dō an Deum quoque Valens agit? An uxorati isti, iam tandem gerent Sacerdotes?

Eiusmodi Herodianos, egone vocem seruos Domitorum, non dico Christianos aut Catholicos, sed seruos Dei profitentium?

Itanc Domini ipsi, tanto sumptu pro Fide, pro Ecclesia, pro Sacerdotibus una cum gente tot annos.

Bella gerunt, ut ipsorum ministri bella sic gerant aduersus fidem, Ecclesiam, Sacerdotes? Vnus ædificet, italus sic destruat?

Ergo iam in caput alta suum labentur ab equore recte flumina, conuersi Solque recurret equis!

Terræ

Matt. 19.

Terra feret stellas; coelum finetur arato;
 Vnde dabit flaminas, & dabit ignis aqua?
 Omnia Natura proposita legibus ibunt,
 Parque suum mundi nulla tenebit uer!
 Omnia iam sicut fieri qua posse negabam,
 Et nihil est, de quo non sit habenda fidei!
 Hac ego vaticinor, captiuia matre sub illis,
 Quos primos miserare ferre decebat opem. Quidli
 1. trist. eleg. 7.

Quid h̄ homines isti, Rege, vel Saule vel Herod,
 vt erentur? Emissarijs ipsiſ Saulis, credo, imo & ipso
 Doēg deteriores illos Presbyteri Episcopiq̄ exp̄
 rentur.

Emissarii certe Saulis ipſius, iussi interimere Sacer-
 dotes Nobe, quod Dauidem, quem Rex flan-
 troque persequebatur, suscepſiſt, pauiſſent, armi-
 ſent Goliamhi gladio, ne quidem vel tenuiter adnge-
 re ausi sunt, non, et si Rex p̄ſens, furuſis plus quam
 Orestais agitatus, uigeret ad facinus, & facilius
 minis in cunctantes ueteretur. Illi immoſteſte, &
 deo ipſimer occidi, si fors ita ferret, quam Christus
 Dei tangere malebant, boni serui Regis ſui, ſei Di-
 meliores, qui Domini furentis iussis minisque, imo &
 morti, seruorum Dei Sacerdotum reverentiam pra-
 tuluerunt. Vnus Doēg Idumaeus, omnis & religiosus,
 & timoris Dei exſors, aufus sacro Sacerdotum fun-
 guine foedare ſeuiles manus, & iugulando Sacerdo-
 tes, vt Regi mortali placreret, Deum Regem Regum
 immortalem, in ſe ac Regem ſuum iritate.

Sed Doēg hic erat (Auditores) Doēg erat, Doēg-
 rat, id est mortuus (ita enim Doēg quidam interpre-
 tantur) ne neſciant Herodianii iſti, aeterna morte dam-
 nadum, quisquis tam excellentis Ordinis virtutis fuerit
 iniuriosus.

Obiectiū. Sed aiunt, quorundam Clericorum mores depra-
 uatos ita mereti.

Respondemus, ex D. Thomae Cantuarienſis vita-
 pud Surium c. 7. Erant ſane etiam per id tempus (ſob
 Thoma illo ſc. & Henrico II.) mores quorundam Cle-
 rovaldi

non valde dissoluti: sed ut illi ad secularia iudicia raperentur, & à Laicis condemnarentur, id Archiepiscopus ferre non sustinuit. Volebat Rex ut sacris iniciati prius degradarentur, atque ita pœnas lucerent pro meritis. Contra Archiepiscopos. Ego, inquit, Dei ministros laicæ potestati non exponam: sed si peccant, ego eos puniam &c.

Suo Domino stant, aut cadunt.

Nolumus sanè Clericos esse filios Belial, & sine iugo, & spe impunitatis omnia audere, non; sed, apud ipsum Iudees, in ipso inquire, atque a proprijs Iudicibus pro meritis ritè castigari, ne habeant velamen malitiae libertatem atque imminutatem.

Sic eos volo manere, donec veriat Iudex suus, quid adest, & Laice: tu me sequere. Ioan. 2.1.

Est Rex factorum, est Pontifex à posse & facere dictus, idemque Maximus, quod maximarum rerū, que ad sacra & religionem pertinent, iudex sit, iudexque contumacia priuatorum Magistrarum.

Vel Lucullus ipse homo Ethnicus aliquando frequenti Senatu & quidem de omnium collegarum sententiare respondie, Religionis, Iudices Pontifices fuissent: Legis, Senatum: Se & collegas suos de religione statuisse: in Senatu de Legefstatutis uros. Cie. ep. ad Atticum l.4.

Est, & qui audias conquerentes de Sacerdotibus 2. Reg. constitutus a Rege illo Sacrarum sunt rotæ auditores &c.

Remittatur insolens familiæ non tuæ filius, ad sumum seu Patrem, seu Matrem, castigandus.

Peripateticus aliquis, si scholæ suæ, insolentia aliqua, est in honore, ab Academico, Academicus, à Peripatetico, ad Scholæ quisq; sua Proceres & Rectorē relegetur castigandus, & ferulis reformandus.

Quis Pater, aut Præceptor, alienum patienter tulit, suorum prolis aut discipuli, vel lanionem, vel virgatorem?

Olim etiam extremus Clericorum, id est dumtaxat tonsuratus, & sic pars Domini factus, cum peccarat, ad Episcopum solebat remitti; cur non nunc sal-

Bbb tem,

tem, summi Cletici, Sacerdotes?

Sed de his crastino latius & diligentius. Suntem ista talia, ut in ipsis totius pñne Christianæ nostra Religionis cardo versetur.

a. Vel rati-
one cau-
sa.

* 3. Causa propter quam, ut si grauiter Iesus &c. At vinxit, occidit Herodes Iohannem, qui seruare, & fa- mire cupiebat. Nocere benefico, an non peccatum transcedens omnia? Dixeritis maledicta cupidas, cum in gratum dixeris, ait ille.

Quam transcedens sit peccatum ingratis, vel inde dilice, quod olim seruatum Dis vindicandum.

Deinde, tora causa, Herodias. vinxit propter Herodiam, virum quem scivit sanctum, propter nimis no- tam meretatem &c.

ECHO

CONCIONIS XXIV.

THEMA. Adiecit tamen tandem Herodes & hoc super omnia. Ipse enim misit, ac tenuit Iobnam, & alligavit eum, & inclusit in carcere, propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui, qua disserat eam. Luc. 3. Marci 6. Matth. 14.

Eacta repetitione usitata, sic propositum;

- | | |
|------------------------|--|
| Dicendum
hodie mihi | 1. An iniuria hac in Iohannem, fuerit peccatorum eatenim ab Herode commissorum maximum;
2. Non licere Herodi cuiuscunque, similia in Clericos exercere;
3. Quid de Constantiana donatione sentiendum. A V E. |
|------------------------|--|

I.

An iniuria hac in Iohannem, fuerit peccatorum eatenim ab Herode commissorum maximum.

Quandoquidem (Audatores &c.) adeo noranter vocat Evangelista noster crimen quo Herodes, post aliam multam, Baptistam, per satellites comprehendere, tenere, alligate &c. ausus est, crimen super omnia, onibus